

PHYSICA SACRA

JOHANNIS JACOBI
SCHEVCHZERI,

Medicinæ Doctoris, & Math. in Lyceo Tigurino Prof.
Academiæ Imperialis Nat. Curiosor. LEOPOLDINO-
CAROLINÆ Adjuncti, Socc. Regg. Anglicæ
ac Prussicæ Membri.

ICONIBVS ÆNEIS

illustrata

procurante & sumtus suppeditante

JOHANNE ANDREA PFEFFEL,

Augustano, SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS
Chalcographo aulico.

TOMVS I.

Complectens Tabulas CCXXV.

AVGVSTÆ VINDELICORVM & VLMÆ,
M DCC XXXI.

TAB. XXI. XXII.

Genes. I. vers. 24. 25.

Et dixit DEVS, producat Terra Animans viuens secundum speciem suam, jumentum & reptile, & bestiam Terræ secundum speciem suam, & fiebat ita :

Fecitque DEVS bestiam Terræ secundum speciem suam, & omne quod reptat super Terram secundum speciem suam. Et vidit DEVS, quod esset bonum.

H Omini propius accedunt *Aues*, *Pisces* & *Insecta*, quam *Vegetabilia*; propius jam *Quadrupeda*, & *Reptilia* ex *Serpentino* Genere, quam *Pisces* & *Aues*. Sic scala gradationis ratione structuræ ducet nos tandem ad *Hominem*.

DEI existentiam rursus demonstrant *Quadrupedum* (tum *domesticorum* תרמית tum ferorum תרמית) machinæ Hydraulicæ-Pneumaticæ, qualis & est *Hominis*. Nempe Sanguinis inimitabile artificium. Pulmonum respiratorii folles, Sanguinis attenuationi inprimis seruiantes; vitalis laticis circulus, & motus intestinalis; extrema fibrillarum subtilitas, qua vis $\frac{1}{792000}$ pollicis adæquant. Cor artificiosissimum & validissimum Hydracontisterium; Arteriæ, Cor secundarium, Venæ & Vasa lymphatica cum suis valvulis; Ciborum incisio, masticatio, deglutitio, digestio, in chylum lactei coloris mutatio, chyli transitus ad Sanguinem: Sanguinis ab heterogeneis secretio: insensibilis cum primis seu cutanea Transpiratio: Seminis in Testibus confectio: Spirituum animalium, si qui sunt, in Cerebro elaboratio: Externorum Sensuum, Visus, Auditus, Gustus, Olfactus, Tactus organa. Sensus interni, sensus communis, Phantasia, Memoria, Musculorum Vectes, quibus peraguntur motus; Somnus & Vigiliæ; miranda Generatio, & tum Individuorum tum Specierum conseruatio: Species & Genera miræ variantia, & quæ sunt alia.

Quadrupedibus jungitur תרמית reptile, nempe hic εναιµον, sanguine præditum, speciatim *Serpentinum genus*, quod pulmone respirat, ut *Quadrupedia*, sed pedibus caret.

Iuuabit inprimis θεριοφιλος Lectori ob oculos ponere ex singulis Classibus unam duntaxat alteramue speciem: Præsto igitur sint

Dixit quoque DEVS: producat Terra animam viuentem in genere suo, jumenta & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita.

Et fecit DEVS bestias terræ juxta species suas, & jumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit DEVS, quod esset bonum.

Ex Quadrupedibus ungulatis iisque *μονοχῆλοις* seu solipedis.

A. *Equus*.

B. *Asinus*.

Ex *διχῆλοις* seu bifulcis, iisque Ruminantibus.

C. *Vacca*.

D. *Ovis*.

E. *Cervus*.

Ex bifulcis non-ruminantibus.

F. *Porcus*.

Ex *τετραχῆλοις* seu quadrifulcis.

G. *Rhinoceros*.

Ex unguiculatis, digitis communi cute tectis.

H. *Elephas*.

Ex unguiculatis pede bifido.

I. *Camelus*.

Ex unguiculatis pede multifido *πλατυωνύχοις*.

K. *Simia*.

Ex unguiculatis unguibus angustioribus.

L. *Leo*.

M. *Tigris*.

N. *Ursus*.

O. *Canis*.

Ex iisdem Herbiuoris.

P. *Lepus*.

Q. *Cuniculus*.

R. *Mus*.

Ex iisdem dentatis & longi-rostris.

S. *Echinus*.

T. *Sorex*.

Rostris breuiori.

U. *Vespertilio*.

Ex Quadrupedibus Ouiparis.

W. *Rana*.

X. *Testudo*.

Y. *Lacerta*.

Z. *Crocodylus*.

Ex Reptilibus longo flexili corpore præditis.

a. *Serpens*.

F

TAB.



GENESIS Cap. I. v. 24. 25.
Opus sextæ Diei.

I. Buch Mos. Cap. I. v. 24. 25.
Sechstes Tagwerk.